Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uerunt filie iude ps Dñs regnauit exultet tra letent
insule multe Orõ Omnps sempiterne deus infirmita
tem nram propitius respice atq; ad protegendum
nos dextram tue maiestatis extende P Romanos
Fres Nolite esse prudentes apud uosmetipos
nulli malum pro malo reddentes: prudentes bo
na non tantum coram deo: sed etiam coram omnibus ho
minibus Si fieri pt quod ex uobis est: cum omnibus ho
minibus pacem habete Non uos metipos defenden
tes karissimi: sed date locum ire Scriptum est enim mihi
vindicta ego retribuam: dicit dñs Sed si esurie
rit inimicus tuus ciba illum: si sitit potum da illi
Hoc enim faciens: carbones ignis congeres super
caput eius Noli vinci a malo: sed vince in bono
malum Gr Timebunt gentes nomen tuum dñe et omnes
reges terre gloriam tuam V Quia edificauit dñs syon et
videbitur in maiestate sua Alla V Laudate deum omnes
angeli eius laudate eum omnes virtutes eius Matheum
Sit Cum descendisset iesus de monte: secu
te sunt eum turbe multe Et ecce leprosus uenien
adorabat eum dicens Dñe si uis potes me mundare
Et extendens manum tetigit eum dicens Volo
mundare Et continuo mundata est lepra eius Et
ait illi iesus Vide ne cuiquam dixeris: sed uade ostende
te sacerdoti et offer munus quod precepit mo
yses in testimonium illis Cum autem intrasset ca
pharnaum: accessit ad eum centurio: rogans eum
et dicens Dñe puer meus iacet paralyticus in
domo: et male torquetur Et ait illi iesus Ego
veniam: et curabo eum Et respondens centu
rio ait Dñe non sum dignus: ut intres sub tectum